


Legend, Bibl. Hell. XV-XVI, 4, σ. 149-150.

Ρέντιος

Θεόδωρος

«Υπό του Legend, βιογραφούντος τὸν Θεόδωρον Ρέντιον, δημοσιώεται τὸ ἐπόμενον ἀρθρῶμα ἐν τῆς 184. ἱστορίας τοῦ Ἑλλην. Κολλεγίου Ρώμης (Archives du Coll. grec, t. X, f. 18v):

« Inter ea memorant, post Nicolaum illum Venetum, qui primus Collegium rexit idemque alumnos graeca antiqua lingua instituerat, Theodorum quemdam Rendium chium humanioribus graecis litteris praefectum, summi ingenii virum graecaeque litteraturae peritissimum extitisse. Audierat hic Hermodorum et Michaelum Sophianum; cumque Patavii degeret, ab Allobrogum duce Augustam Tauziorum ad graecas litteras publice tradendas invitatus et conductus fuerat. Inde autem cum Romam ad graecos alumnos instituendos



accessisset, novem tantum mensium spatio, quibus superstes fuit,
 incredibiles suis in auditoribus progressus excitavit, tantamque sui
 moriens opinionem reliquit ut quicumque antea eius in graecis lit-
 teris institutionis meminisset, quemlibet deinde, quamvis peritissimum,
 infra Rendi censum multum sane computaret. »

